



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

**Parisiis, 1644**

VII. De honestate honoratorum & disciplina.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15300**

qua eo, vna cum populis progressionem procedente, ad conuenticula sanctarum ecclesiarum sanctæ Dei reliquæ per eundem episcopum portabuntur. Iam vero qui hæc instituta sciendo adimplere distulerit, quamdiu in hoc vitio fuerit, a sacrificando cessabit.

ANNO  
CHRISTI  
675.

## VII.

Dist. 25. Cū  
B. Apost.  
2. Tim. 4.

Cum beatus Apostolus arguere, obsecrare, vel increpare in omni patientia \* præcipiat & doctrina, nouimus quosdam a fratribus tantis cædibus inhonoratos subditos efferuere, quantas poterant latrocinantium promereri personæ. Et ideo qui gradus iam ecclesiasticos meruerunt, id est, presbyteri, abbates, siue Leuitæ, excepto grauioribus & mortalibus culpis, nullis debeat verberibus subiacere. Non est dignum vt passim vnusquisque prælatus honorabilia membra sua, prout voluerit, & complacuerit, verberibus subiiciat & dolori, ne, dum incaute subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat: iuxta illud quod quidem sapiens dicit: Leuiter castigatus, reuerentiam exhibet castiganti: \* asperitatis nimix increpatio, nec increpationem recipit, nec salutem. Et ideo si quis aliter, quam dictum est, prædictos honorabiles subditos, licentia perceptæ potestatis elatus, malitia tantum crediderit verberandos, iuxta modum verberum quem intulerit, excommunicationis pariter & exilii sententiam sustinebit.

\* præcipiat, extra hanc doctrinam, nouimus

D. ad leg.  
Aquiliam  
Præceptoris.

\* asperitas autem nimix increpationis,

## VIII.

Vide Brac.  
l. c. 5. vbi de

Quia non expedit vt donum sancti Spiritus pecuniis